

2628 [=5014] litteris vix Augusto saeculo dignis. Aeserniae olim prope cathedralem ecclesiam, nunc in episcopio.

GENIO · DEIVI · IVLI
PARENTIS · PATRIAE
QVEM SENATVS
POPVLVS QVE
5 ROMANVS · IN
DEORVM · NVMERVM
RETTVLIT

Descripsi quod extat idque recognoverunt Brunn et Dressel. Habent integram Daniele ms.; Galanti I, 66; Hoare *cl. tour* I, 228; Giustiniani *dis. geogr.* V p. 167; Garrucci n. 4 p. 70 ex schedis Nellii Riccii Piccoli. Orelli 585.

Fractam dicunt esse in terrae motu a. 1805; cum tamen iam Galantius a. 1784 questus sit de misera lapidis condicione, probabile est ante id tempus partem interiisse. — 4 GENI Hoare Giust. — 6 NVME Dan., NVMER Hoare, NVM Giust.

2629 [=5007] Aeserniae nuper rep. cum seminarii fundamenta effoderentur; extat in aedibus Riccii EGO a. 1846. Non repperit DRESSEL.

... p e s s E N N I V S · Q · F · G A
iii vii · I · D · P R O · C E N A · I I I · V I r a l i
g e N I O · A E D E M · P O R T I C · C V L m a m
r e F I C I V N D · C V R A V I T · E I D E M · P r o b a v i t

Descripsi. Garrucci *ant. de' Liguri Bobiani* p. 32 aeri incidit in tabula libro adiuncta; correxi *Bull. dell' Inst.* 1846 p. 182; iterum rectius dedit Garrucci *Isernia* n. 6 p. 72. Henzen n. 7064.

2630 [=5008] Aeserniae ad pontem del Giovinale.

IVNONI · REG · POP
C · NVMISIVS
C · L · MENSAR
ET · VLP · IA · AMABILIS
5 VOT · LIB · SOL

Al. Berti apud Mur. ms. 21, 234, ed. 16, 5; A. S. Mazochi ms. I. II; Galanti I, 61; schedae Aeserninae quas expresserunt Hoare I, 228 et Garrucci n. 4 p. 67, ex eodem exemplo opinor omnes. Orelli 1306.

Vv. divisi ad sched. Aeserninas. — 4 IVNONI (IVNON · Maz. II) REG · POP Berti Maz. I. II et sic teste Riccio schedae eius antiquae habentque ita Aeserninae missae Avellino servataeque inter Gervasiana; IVNONI · REGINAE · SOSPITI sched. Aes. et qui eas sequuntur (REGINAE · M · SOSPIT Garr. invenit in Riccianis), quae est coniectura antiquarii nescio cuius qui non nosset Iunonem Populonam. — 3 C · L · GIL Berti Maz. I. II. — MENSOR Garr. ex corr. — 4 VLP · IA Berti Maz. I. II. Gal., VLP · IA ex corr. sched. Aes. et qui inde pendent. — 5 TIB pro LIB Berti Maz. I.

2631 [=5009] cippus magnus. Aeserniae rep. in colle Iacciardo; iacentem in platea Mercatello vidimus EGO et BRVNN. Non repperit DRESSEL.

LIBERO
GRATILLIANO

Descripsi ego, recognovit Brunn. Ed. ex schedis Riccii et Piccoli Garrucci n. 2 p. 68.

Pertinet ad collegium funeraticium, eodemque loco repertum est epitaphium n. 2738.

2632 [=5010] Aeserniae in vico S. Francisci in aedibus Ianuarii de Lellis.

INVICTO
DEO
VERVS
ANTISTES
5 V · S

Descripsi ego, recognovit Dressel. Garrucci n. 5 p. 71. Henzen 5983.

2635 [=5015] Aeserniae in aedibus episcopi vidi EGO. Interiisse ait GARRVCCIVS errore. Non reppererunt BRVNN et DRESSEL.

AGRIPPINAE · M · F
GERMANICI
Descripsi. Guarnieri ms. (in apographo, ab archetypo abest); Garrucci n. 18 p. 95, qui non vidit. Henzen 5383.

2637 [=5016] ingens basis pulchris litteris, cui nunc leo impositus est, a quattuor lateribus ornamentis in marginibus sculptis decorata. Aeserniae in arcu SAN.; extra S. Petri ACC. Adhuc ibidem.

triglypha et inter ea animalia et alia
SEX · APPVLEIO · SEX · F
IMP · COS · AVGVRI p. C. 14
P A T R O N O

Descripsi ego, recognoverunt Brunn et Dressel. Sanutus f. 73; Accursius n. 5; Pedimontius apud Victorium f. 92 et Borghinium p. 52; Ligorius Taur. 7; Fab. Giordanus in hist. Neap. ms.; Ciarlanti *mem. del Sannio* 1644 p. 33; Stephanonius p. 29 (inde Gud. ms. 38 et 674, 2; Don. 5, 28); Al. Berti et Ph. Camerini apud Mur. ms. 21, 234, ed. 295, 3; Mazochi ms. I. II; Guarnieri ms. n. 2; Daniele ms.; Galanti I, 69; Garrucci n. 22 p. 100.

Ligorius centonem effecit ex n. 2668 et hac et n. 2757 et n. 2660.

2639 [=5018] Aeserniae in aedibus episcopi.

FABIO MAXIMO
V · C ·
INSTAVRATORI
MOENIVM
5 PVBLICORVM
ORDO ET POPVLVS
CVRANTE AVRELIO
PAVLINIANO CVRA
IORE ET PATRONO

in latere:

D · a
VIII K
D · N · COⁿstan
TIO · AVG · V
p. C. 352/7

Garruccius. Quod pro diverso titulo idem edidit l. c.: FABIO · MAXIMO V · C | non videtur esse nisi huius principium, qualia multa tanquam per se constarent vidi referri in schedis Piccoli.

Anni est aut 352 aut 353, 354, 356, 357 Constantio cos. V vel VI vel VII vel VIII vel VIII.

2633 [=5011] sulle rive del fiume d'Isernia al di là della Rava.

OPI · DIVINAE
P · ARVNTIVS
P · F
AESERNINVS IIII
5 VIR
P · V

Garrucci n. 3 p. 69 ex schedis Ianuarii Vischi. Fides sit penes auctorem, de quo conferenda est n. 2678.

2634 [=5013] columna parva rep. Aeserniae nella Fiera, extat penes Cosmum Viti.

RVFI
VENEREI
D · D

Ex schedis Piccoli. Ed. Garrucci n. 24 p. 99.

2636 litteris magnis et pulchris. Aeserniae in fonte SAN.; alla fontana del mercato MAZ. sive della concezione BRVNN.

neru|AE · PONT|max

Descripserunt Brunn et Dressel. Sanutus ms.; Mazochi syll. ms. I. II; Guarnieri ms. n. 4.

2638 [=5017] Aeserniae in columna eodem loco ubi est altera macelli inscriptio n. 2653.

MACELLVM · TERRAE · MOTIVS · LAPSVM
ANTONIO IVSTINIANO · RECTORE
PROVINCIAE · DISPONEN
CASTRICIVS · VIR · PRIMARIVS
5 SVMPTV · PROPRIO
FIERI · CVRAVIT · CVM · SILVERIO · FILIO
ACCEPTIS · COLVMNIS · ET · TEGVLIS
A · RE · PVBLICA

Al. Berti apud Mur. ms. 21, 234, ed. 469, 4 (in syll. Mazochiana haec non refertur); Piccolus descripsit cum monasterium instaurabatur, cuius ex schedis ed. Garrucci n. 13 p. 84. Henzen 7013.

In vv. div. sequor Piccolum. — 1 TEREMOTIVS Picc. — 2 ANTONIO Berti (AVIENO Mur.) Picc. — 3 DISPONEN Berti Picc.; DISPONENTE Mur. — 8 REIPVBLICA Berti.